



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 75. Burgundiæ Ducissa Maximiliani conjux vivis erepta

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

**Sæcul. XV.** non sine gravi molestia, quamvis non  
A.C. 1481. nunquam navi vectus, prosecutus est  
atque adimplēta voti religione prima  
Lugdunum rediit, inde Gratianopolim  
delatus, Sabaudia Ducem invisit. Sol  
luto utriusque colloquio Rex ad castrum  
Plessiaci prope Turones pervenit, ut  
Comminæo negotium dedit, ut de con  
cordia cum Maximiliano ageret. Ali  
primos Comminæi conatus fecellit e  
ventus, Archiduce ad pacem flecti n  
scio; hic enim existimabat, Ludovicum  
XI. brevi moriturum, eoque fatis ereptos  
Gallos cessione omnium, quæ Re  
Burgundicæ Domui eripuisset, pacem  
redempturos. Quapropter vario obte  
tu quæsito ad concordiam redire cu  
ctabatur, spe sua non parum aucta e  
cursorum relatione, qua Regem no  
minus animo, quam corpore graviter la  
guere, identidem edocebat.

## §. LXXV.

*Burgundicæ Ducissa Maximiliani con  
jux vivis erepta.*

*Comm. l. 6.* Attamen inopinatus casus consilia Ar  
c. 3. chiducis evertit; quippe Burgundicæ  
*Not Comm.* Ducissa ejus conjux mortalitatem eo tem  
tom. V. edit. pore exuit, quo Maximiliani rebus benig  
ult. pag. 271. nior fortuna adspirare coepérat; hæc  
enim, cum venationi intenta esset, ex  
equo

equo ferociente dejecta, lapsu graviter Sæcul. XV.  
 vulnerata est, & accidente postmodum A.C. 1482.  
 febre, die decima octava, vel ut in no Käntz. 12.  
 tis ad historiam Cominæi habetur, vi- Sax. 29.  
 gesima septima Martii paulo ante Pascha. Bouter. re-  
 tis festa hoc anno Millesimo quadringen rum Belgic.  
 tesimo octogesimo secundo Brugæ e vi- lib. 12.  
 ta decessit. Non desunt, qui eam tunc  
 uterum gestasse referunt. Porro ex qua-  
 tuor annorum connubio tres suscepit li-  
 beros, quos inter primus erat Philippus,  
 qui primus hujus nominis Rex Hispanæ  
 salutatus, in Ecclesia S. Gundulæ Bru-  
 xellis sacro fonte ablutus est, ut testatur  
 Olivarius Marchianus; Altera fuit Mar-  
 garita, quam Ludovicus XI. Delphino  
 filio suo Sponsam selegerat, eam tamen  
 Anno millesimo quadringentesimo no-  
 nagesimo tertio ad suos parentes remi-  
 sit. Tertio genitus erat Franciscus, qui  
 tamen exiguo admodum tempore super-  
 stes vixit. Ingentes ex Ducissæ obitu tu-  
 multus, & crebræ inter Flandros animo-  
 rum dissensiones exoriebantur: hi enim,  
 cum in Maximilianum parum propensi  
 essent, ejusdem liberos Gandaverium  
 curæ committendos esse contendebant,  
 hancque in rem ad Galliarum Regem suos  
 alegabant Deputatos, qui cum eo de pa-  
 ce & connubio Margaritæ Austriacæ (\*)  
 cum

(\*) Infelix sane Ducissa, quæ Carolo VIII.  
*Hist. Eccl. Tom. XXX.* G tum

Sæcul. XV.  
A.C. 1482.

cum Delphino agerent, Maximilianus necessitati temporis ac Gandavensium voluntati non modo parere, sed etiam paupercum Atrebatensem pacem adeo celebrem, quæ Gandavensium opera inchiesta, ac promptissime concluia fuit, invitus licet suo quoque consensu firmata compellebatur.

§. LXXVI.

*Ariæ civitas a Cordæo ex insidiis capta.*

*Chron.*

*Joan. Molii.  
Ann. in Tom.  
V. Comm.  
Edit. ult.  
pag. 260.*

Verum priusquam hoc foedus initum esset, Cordæus Ariam urbem in Athesiae Comitatu sitam suæ subjicit potestati. Referunt Auctores, quod ha urbs per summam Joannis Cohemii per diam Gallis tradita, eidemque tringit aureorum millia, decem millium penso & centum lanceariorum in prædictionis pretium datu fuerint. Utut res se habeat, id certum est, quod Cordæus urbem toto bello apparatu se aggredi simulaverit, ac primo

tum Delphino despontata, & in aula Francia educata, cum adolevisset, propter jus successio nis repudiata fuit a Carolo, qui Annam Francisci Britanniæ Duci Filiam violenter surripuit. Vide Palatium in Historia Maxi miliani lib. 43. cap. 3. num. 5. & 6.